



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini  
Nostri Iesv Christi Passione**

**Piatti, Domizio**

**Coloniae Agrippinae, 1610**

De vulneribus corporis propter flagella.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](#)

308 DE CORP. DOL. SALVAT.

vt pelle capitis non tantum depilata, veri  
etiam exangui & adusta remanente, in e  
*Zob. 19.*  
verificatum fuerit illud S. Job. Pelli mei  
*sumptis carnibus adhæsit os meum:* quod pe  
inde est ac si diceret: ita doloribus consi  
ptus sum, ut nihil mihi amplius, præterpe  
lem & ossa reliquum sit.

DE VVLNERIBVS CORP  
ris Christi propter flagella.

I.

Serm. de  
Passione.

2.  
Numerus  
verberum  
Christi in  
flagellatio  
ne.

PRIMVM considera, sacratissimum  
Christi corpus tam horrendum  
modum flagellis fuisse dilac  
tum, ut ab imo pedis, ad summum vlo  
capitis verticem, nulla in eo pars sanare  
ririatur, quemadmodum recte notat S. Be  
nardus dicens. *Corpus totum, ad eum vulnus*  
*concisum, ut à planta pedis, usque ad verti*  
*cus, non sit in eo sanitas.*

SECUNDO, expende tecum, in corpori  
illo delicatissimo tot verbera ab immal  
bus percussoribus atque tortoribus flag  
ellis exarata & impressa fuisse, ut secundus  
vulgarem cōtemplatiuorum opiniones  
ad numerum sex millium, sexcentorum  
sexaginta sex peruenirent: ex quibz  
factum est, ut totum illud corpus unicus  
tantummodo vulnus, vel cumulus quod  
vulnerum super vulnera esse videretur  
quod

VAT.  
ata, ver-  
te, in e-  
li meo  
uod po-  
is consi-  
æter pe-

CONSIDERATIO III. 309

quod maiorem in modum dolores Chri-  
sti auxit.

Hic vulnerum adeo crudelium corpo-  
ri Christi à flagellis infictorum nume-  
rus, non tantum à S. Iob prædictus fuit,  
quando ait. *Multiplicavit vulnera mea, etiam  
sine causa.* Et rursum. *Concidit me vulnera su-  
per vulnus.* verum etiā idem S. Iob. expressa  
fuit eiusdem Christi figura, vti S. Grego-  
rius Papa obseruat, qui dicit eum, & no-  
minis significatione, & illis quæ sustinuit,  
Christi figuram gessisse. *Iob,* inquit, *Redem- Moral. 16.*  
*ptori nostri passiones, eiusq; corporis, & passio- cap. 1.*  
*ne sua signauit & nomine: Iob quippe interpre-  
tatur dolens: & quis alias in Iob dolente figu-  
ratur, nisi de quo scriptum est. Verè languores  
nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse porta-  
uit?*

Considera hinc quam incredibilem do-  
lorem Christo attulerit, ingens hic vulne- *Didacus*  
rum numerus, de quo recentiorum Do- *stella.*  
ctorum quidam, flagellationis Christi a-  
trocitatem, verberumque multitudinem  
secum expendens, hanc rationem reddit:  
dicens; *superadditur & spissatur plaga super  
plagam, liuor super liuorem, fractura super fræ-  
cturam, sanguis super sanguinem;* innumerabi-  
les enim fuerunt plagæ illius: nam cum mensura  
peccatis sit plagarum modus, Christus fuit flagel-  
latus pro peccatis nostris, quæ innumerabilia  
fuerunt.

V 5

DE